

APOPHTHEGMATA

DVCENTA, NUNC PRI-

mum edita, ultra quingenta, alias im=

pressa, clariss. Iurecon. publicoq;

interprete, D. Marco

Mantua, Bonavito,

Patruimo au-

thore.

Inter quæ septem etiam quæstiones insertæ sunt, di-
sputatæ ad partes, nec minus ad usum quotidianum
necessariæ, quam utiles.



L V G D V N I, M. D. X L V I.

b14672212

A C A N D I D O L E .
A C T O R I S .



V L L A est cuiuscunq; mu-
neris compensatio, quæ plus
donanti accepta esse possit,
magisq; eius animum excitet
amplius bene mereri, quām
si sua simul & placeant dona, & profint.
Id vsu euenit clarissimo Iurisconsulto, &
consumatissimo Interpreti Do. Marco
Mantuae, qui quum inter quamplura in
iure ciuiili præclara Commentaria, librum
Apophthegmatum olim ædidiisset, ani-
maduertens, ex frequenti, eius vsu & le-
ctione, quod studiosis legum professori-
bus charus extet & vtilis, libellum hunc
excusit, in quo alia continentur Apoph-
thegmata, minora quidem prioribus nu-
mero, sed eruditione & dignitate equa-
lia, ne dicam superiora: quæ nos in hanc
Enchyridij formam edimus, ut earum le-
ctio facilior tibi sit atq; frequentior, omit-
tentes ea laudare, quarum gustus iam per-
ceptus fuit, quæq; suo satis nomine lau-
dantur. Apophthegmata enim sunt, hoc
est, egregie dicta. Vale.

APOPHTHE

GMATA IVRIS.

CON. CLARIS. D.

MARCI MAM

T V AE.

*

APOPHTHEGMA I.



N authen. sed nouo iure. C. de ser.
fugi. legitur, quoties nouo iure, cri-
minis qualitas, membra abscisione
exigit, solam manum abscindi de-
bere, quod sanè intelligo, ut iacet,
quodq; pecunia redimi non possit:
hoc idem, ac multo magis si in sta-
tuto diceretur. I. ille aut ille. §. cum in uerbis. I. non aliter. ff.
de leg. iij. I. iij. §. hæc uerba. (singula singulis referendo) ff. de
nego. gest. & signanter in materia statuti, & non soluentis
condemnationem intra mensum, ut ei amputareur caput.
Ita arguit etiam Bal. in l. cōmissoriæ. C. de pac. inter empt.
& uendi. argumentatioq; plana & materialis appellatur,
ut ipsemet inquit in l. scire leges. ff. de legi. & ea de re Pata-
sum ordinatione decretū alias fuit, prout statu. incip. qui-
cunq; fecerit, continetur, quod est primum sub rubr. de fal.
testi. & instru falsarium amputatione manus dextræ puni-
ri debere, quam tamen redimere possit intra dies decē, à pu-
blicatione sententie, pro libris ducentis parvorum, uel pro
pluri, ad arbitrium potestatis, inspecta qualitate facti, seu

A 2 perso

L V G D V N I,
Excudebat Ioannes Pullonus,
alias de Trin.

1 5 4 6.